

D. Hieronymi ad Paulam in morte Bleisillae, ad Eustochium in morte Paulae, ad Oceanum in morte Lucii Beticii, ad Elidorum in morte nepotis: Ambrosii ad Gratianum imperatorem in morte Valentiniani, ad Faustinum in morte Scribii: Paulini ad Pammachium in morte uxoris. Quod minus mirum est eos facitasse, cum longe ante gentiles quoque id religiose servaverint: nam et Plutarchi exstat adhuc libellus consola-

tionis ad Apollonium, et Senecae tres consolationes ad Polybium, Elviam, Martiam. Erant ergo, ut dicebam, consolatores isti; nec plane eodem luctu implicati, ne et ipsi solatio potius indigerent; nec omnino a causis luctus immunes, ne mirum non esset eos secis oculis alios consolari, quos nullus doloris sensus vellicaret: erant etiam auctoritate maxime conspicui, ut quae dicebant altius descenderent.

CAPUT TRIGESIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Job post commemoratam precedenti capite pristinam suam ex divino beneficio felicitatem, jam illi oppositam calamitatem maximam et gravissimas arumnas praesentes quibus obruitur, e summo gradu gloriae ad infamiam ignominiae deturbatus.

1. Nunc autem derident me juniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei: 2. Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, et vita ipsa putabantur indigni; 3. Egestate et fame steriles, qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate et miseria. 4. Et mandebant herbas, et arborum cortices, et radix juniperorum erat cibus eorum. 5. Qui de convallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant. 6. In desertis habitabant torrentium, et in cavernis terrae, vel super glaream. 7. Qui inter hujusemodi letabantur, et esse sub sentibus delicias computabant. 8. Filii stultorum et ignobilium et in terra penitus non parentes. 9. Nunc in eorum canticum versus sum, et factus sum eis in proverbium. 10. Abominantur me, et longe fugiunt a me, et faciem meam conspuere non ventur. 11. Pharetram enim suam aperuit, et afflixit me, et frenum posuit in os meum. 12. Ad dexteram orientis calamitates meae illico surrexerunt: pedes meos subverterunt, et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis. 13. Dissipaverunt itinera mea, insidiati sunt mihi, et praevulnerunt, et non fuit qui ferret auxilium. 14. Quasi rupto muro et aperta janua, irruerunt super me, et ad meas miseras devoluti sunt. 15. Redactus sum in nihilum: abstulisti quasi ventus desiderium meum, et velut nubes pertransiit salus mea. 16. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, et possident me dies afflictionis. 17. Nocte os meum perforatur doloribus, et qui me comedunt non dormiunt. 18. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, et quasi capitulo tunicae succinxerunt me. 19. Comparatus sum luto, et assimilatus sum favillae et cineri. 20. Clamo ad te, et non exaudis me: sto, et non respicis me. 21. Mutatus es mihi in crudelem, et in duritia manus tuae adversaris mihi. 22. Elevasti me, et quasi super ventum ponens elisisti me valide. 23. Scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventium. 24. Verumtamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam: et si corruerint, ipse salvabis. 25. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea parperi. 26. Expectabam bona, et venerunt mihi mala: praestolabar lucem, et eruperunt tenebrae. 27. Interiora mea efferbuerunt absque ulla requie, praevenerunt me dies afflictionis. 28. Moerens incedebam, sine furore; consurgens, in turba clamabam. 29. Prater fui draconum, et socius struthionum. 30. Cutis mea denigrata est super me, et ossa mea aruerunt praecautae. 31. Versa est in luctum cithara mea, et organum meum in vocem flentium.

Ver. 1. 1. NUNC AUTEM DERIDENT ME JUNIORES TEMPORE, QUORUM NON DIGNABAR PATRES PONERE CUM CANIBUS GREGIS MEI: — haec dicit per antithesim eorum quae sup. cap. narraverat de priorum prosperitate et auctoritate; ex quo intelligi licet quam misera sit vite nostrae ratio, quae tam gravem in brevi et tam celerem commutationem accipiat: quid enim est saeculum hoc nisi rota quaedam volubilis omnia movens, universa consumens et conterens; in qua nihil est quod stabile et constans perseveret? Hodie quemdam honoribus extollit, postera die ignominia et infamia dejicit: jam opibus ac rerum temporalium fortunis auget, statim vero penuria ac miserabili mendicitate premit: nunc amicorum et familiarium turbis circumdat; et in ictu oculi solitariam et ingloriam derelinquit. Ostendit hoc nobis in seipso illud admirabile exemplum patientiae Job cap. xxix, 8, cujus aspectum, ut paulo ante dictum est, ita universi aspiciunt, ut ad ejus ingressum juvenes abscederent, et senes assurgentes starent, principes cessare loqui, et ut adveniens sententiam attentissime audirent, digitum superponerent ori suo: loquente illo vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gutturi suo adhaerebat; repente tamen a tanta prosperitate deturbatus est, et in sterquilinum dejectus; et ad mutationem status aliorum opinio et existimatio mutatur: « Nunc autem, inquit, derident me juniores tempore, » etc. Unde quam misera fuerit Jobi commutatio videtur: cum dives esset a viris principibus colebatur; fortunis amissis vel a vilissimis et abjectissimis hominibus contemnitur, qui et valde molesti fuisse, et vehementer stomachum movisse videntur: nam eorum villitatem multis exsequitur dicens:

Ver. 2. 2. QUORUM VIRTUS MANUUM MIHI ERAT PRO NIHILLO, ET VITA IPSA PUTABANTUR INDIGNI, — id est, erant prorsus inutiles, sic ut frustra vivere viderentur, in quorum quemlibet recte quadret adagium γὰρ βέβαιον, telluris onus, vel, ut poeta dixit, ἀνάσσειν ἄβητος ἀέρας, telluris inutile pondus: quod de homine vehementer inutili usurpatur, qui nihil aliud quam terram suo pondere gravet, ideoque vita indignus habeatur: cum enim cunctis animantibus vita data sit propter quasdam vel utiles vel honestas actiones; has qui non praestat, nec vita ipsa dignus est: do quo jure dici possit id quod acute quidam de sue dicit, animam ei datam esse pro sale ne putresceret. Quoad primam versus partem eodem modo illam transfert Chaldaeus, eandemque Graeci habent sententiam, qui verbum de verbo Hebraea transtulerunt. *Et vita ipsa putabantur indigni*: hoc per paraphrasin a Vulgato redditum videtur: nam ita ad verbum est in Hebraeo, *super ipsos perit senium*, et ita verit Chaldaeus; *Sep-tuaginta vero, in ἄβητος ἀνάσσειν ἄβητος, super eos peribat consummatio*, quod Scholion exponit ἡ ἀνεπιβόητος πρὸς τὴν γῆν ἄβητος, eorum quae ad vitam conferunt bona copia; Symmachus, ἀνάσσειν ἄβητος πᾶν τὸ πρὸς τῆν γῆν, perierat illis quidquid ad vitam facit: quae verba eandem sententiam habent cum Vulgata. Id est, inutiliter frustraque vitam exegerunt. Videtur hic prima specie Jobus fastu et arrogancia quadam inflatus loqui, quaecumque enim potest colligit ad despiciendum eos a quibus fuerat irrisus; sed quomodo jam antea saepe a nobis declaratum est, ipsum tentationes quas sensit, quamvis ipsis non consenserit, expressisse; sic nobis hoc in loco retinendum est, Jobum hic rem qualis erat in se considerasse; nihilominus interim cum suis indignationibus, quae illi cor et medullas exedebant, eo ut patienter ejusmodi opprobria ferat collectatur. In hunc finem, ut vidimus, sup. cap. pristinum honorem ac dignitatem suam commemoravit, ut ex comparatione opprobrii, in quo tunc erat, se eo majorem tristitia materiam habere ostenderet, sibi que omnem dolorem intolerabilem esse, quod se ita proculcari ab iis qui vilissimi erant videret: hoc enim est naturale, ut cum quispiam in dignitatem evectus est, si videat se conculcari, id longe magis ipsum excruciet, tantoque amplius, quanto ab indignioribus et vilioribus id patitur. Vilis et abjectae conditionis quispiam, qui domi suae ruri semper vixerit, nec unquam honorem ullum qui pompam gustaverit, etiam si irrideatur, in nulla existimatione habeatur, in ipsum denique signum aliquod contemptus edatur, non curat, id suis deque habet; sed qui in amplissima dignitate et opum copia vixerit, nullum opprobrium pati potest, quin lethale vulnus accipiat, et quamvis convicium ipsi

tabant patres consideres, indigni sunt qui Jobi pascent canes, aut qui in illius domo sordidum quodque ministerium obeant; id quod adhuc magis exaggerans subdit:

Ver. 3. 3. QUORUM VIRTUS MANUUM MIHI ERAT PRO NIHILLO, ET VITA IPSA PUTABANTUR INDIGNI, — id est, erant prorsus inutiles, sic ut frustra vivere viderentur, in quorum quemlibet recte quadret adagium γὰρ βέβαιον, telluris onus, vel, ut poeta dixit, ἀνάσσειν ἄβητος ἀέρας, telluris inutile pondus: quod de homine vehementer inutili usurpatur, qui nihil aliud quam terram suo pondere gravet, ideoque vita indignus habeatur: cum enim cunctis animantibus vita data sit propter quasdam vel utiles vel honestas actiones; has qui non praestat, nec vita ipsa dignus est: do quo jure dici possit id quod acute quidam de sue dicit, animam ei datam esse pro sale ne putresceret. Quoad primam versus partem eodem modo illam transfert Chaldaeus, eandemque Graeci habent sententiam, qui verbum de verbo Hebraea transtulerunt. *Et vita ipsa putabantur indigni*: hoc per paraphrasin a Vulgato redditum videtur: nam ita ad verbum est in Hebraeo, *super ipsos perit senium*, et ita verit Chaldaeus; *Sep-tuaginta vero, in ἄβητος ἀνάσσειν ἄβητος, super eos peribat consummatio*, quod Scholion exponit ἡ ἀνεπιβόητος πρὸς τὴν γῆν ἄβητος, eorum quae ad vitam conferunt bona copia; Symmachus, ἀνάσσειν ἄβητος πᾶν τὸ πρὸς τῆν γῆν, perierat illis quidquid ad vitam facit: quae verba eandem sententiam habent cum Vulgata. Id est, inutiliter frustraque vitam exegerunt.

Videtur hic prima specie Jobus fastu et arrogancia quadam inflatus loqui, quaecumque enim potest colligit ad despiciendum eos a quibus fuerat irrisus; sed quomodo jam antea saepe a nobis declaratum est, ipsum tentationes quas sensit, quamvis ipsis non consenserit, expressisse; sic nobis hoc in loco retinendum est, Jobum hic rem qualis erat in se considerasse; nihilominus interim cum suis indignationibus, quae illi cor et medullas exedebant, eo ut patienter ejusmodi opprobria ferat collectatur. In hunc finem, ut vidimus, sup. cap. pristinum honorem ac dignitatem suam commemoravit, ut ex comparatione opprobrii, in quo tunc erat, se eo majorem tristitia materiam habere ostenderet, sibi que omnem dolorem intolerabilem esse, quod se ita proculcari ab iis qui vilissimi erant videret: hoc enim est naturale, ut cum quispiam in dignitatem evectus est, si videat se conculcari, id longe magis ipsum excruciet, tantoque amplius, quanto ab indignioribus et vilioribus id patitur. Vilis et abjectae conditionis quispiam, qui domi suae ruri semper vixerit, nec unquam honorem ullum qui pompam gustaverit, etiam si irrideatur, in nulla existimatione habeatur, in ipsum denique signum aliquod contemptus edatur, non curat, id suis deque habet; sed qui in amplissima dignitate et opum copia vixerit, nullum opprobrium pati potest, quin lethale vulnus accipiat, et quamvis convicium ipsi

Ver. 31. 31. DISPICIAM, SI TU PYLADI PRAESTARE METALLUM DIGNUS ES, AUT PORCOS PASCERE PYRITHOI. Hanc autem villitatem et sordes cum comparatione ad aliorum gloriam sic per proverbiale formam explicat Latini: « Indignus es qui hujus vel illius porcos pascas; qui illius calceamentorum corrigiam solvas; qui illi metallum porrigas; » et similia. Quare si illorum juvenum qui Jobo insult-

Dispiceam, si tu Pyladi praestare metallum dignus es, aut porcos pascere Pyritioi.

Hanc autem villitatem et sordes cum comparatione ad aliorum gloriam sic per proverbiale formam explicat Latini: « Indignus es qui hujus vel illius porcos pascas; qui illius calceamentorum corrigiam solvas; qui illi metallum porrigas; » et similia. Quare si illorum juvenum qui Jobo insult-

Ver. 3. In unia inutilis circumlocutio.

Car Job adversus suos ita despicit.

Virum principem a facie honoris una irrederi et despici indignissimum.

qui seclere et maleficio nascantur: *stercus* appellat malos mores et facinorosos, odore et exemplo tetros, imitatione pestilentes, qui ingratisissimi Deo caeteris noceant. Saepe igitur computruerunt iumenta in stercore suo, quod ad imtemperantes B. Hieronymus refert; S. Gregorius Papa ad libidinosos, quorum feodi obscœneque mores in putidam belluam degenerant. Verum in omnes peccatores id quadrat, qui vitio et improbitati caalum obduxerunt, quique sordibus involuti, in fitimento oletoque malitiæ vitam agunt; quod regius quoque Vates animadverterat dicens *Psalm. Xlviii, 3*: «Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt:» ex Hebræo vertunt, *omnes putruerunt, et rancidi facti sunt, marcidique*, ubique tetrum spargunt odorem, mephitum exhalant, puticulos olent; metaphora ducta a rancidæ corrupticiis cibis, qui putruerunt, et propierea nauseam pariunt, et maxime ab honestis et delicatis hominibus repudiandis.

Sexcentæ sunt hujusmodi imagines, quibus sceleris conditio pingitur; hinc in sacris oraculis nequitia vocatur *absinthium*, quod amaritudine sua miserum animum vexet et conficiat: Rex sapiens ait *Prov. v, 4* mella esse in ore meretricis ad maleficium filialis; «novissima autem illius amara quasi absinthium,» quod ad culpam referendum esse vulg Lyranus. Prodit autem Origenes adeo amarum esse absinthium, ut si forte in mel inijciatur, amaritudine sua vincat mellis suavitatem, et dulcedinem illam omnem corrumptat. Quod rem nostram mirifice illustrare potest, nam libido voluptatis licet habere aliquod mellis videatur, tamen subito migrat in absinthium, in eam videlicet amaritudinem, qua vix major cogitari ulla potest, quæque omnem delectationis sensum obviat. Ob eandem causam Job in arcano sensu crimen hic *sentes* aculeatas nuncupat, quæ videlicet mentem pungant, et continuo dilacerent: efflatum sane illud est verissimum *Isai. xlviii, 22*: «Non est pax impiis, dicit Dominus.» Hoc experientia, hoc omne genus litterarum clamat, hoc sancti Vates, hoc docti Patres, hoc vestusti sapientes ore uno et perenni consensione pronuntiant: hoc millies S. Chrysostomus subjicit ante oculos, et velut in theatrum inducit; a quo lubet quædam deocepere ad rem illustrandam, cum hom. 4 *De Luz.* loquitur de beatulo illo, ut multi quidem opinabantur, epulone evangelico: «Ne mihi dixeris, inquit, illum mensa sumptuosa frui, vestibus circumdari sericis, mancipiorum greges circumferre, alios summovere in foro; sed explicæ mihi illius conscientiam, et videbis intus gravem peccatorum tumulum, jugem metum, tempestatem, turbationem: videbis velut in iudicio mentem ad thronum conscientie conscendisse regalem, et tanquam iudicem quampiam sedentem, et cogitationis loco carnicem adhibentem, in equuleo suspendentem, latera conscientie radentem unguis, pro commissis ve-

hementer inclamantem: cum nemo sciat, nisi quod solum Deum hæc videre noverit,» etc. Pergit in adultero illud idem graphicè ostendere; verum de omni graviore peccato idem est iudicium, in quo, si S. Jobo credimus, velut sub sentibus miser animus cubat. Semper enim mala conscientia pungit et cruentat, et diurnæ ac nocturnæ quietis partem omnem admittit, semper ut Tantalus saxum metus imminet, et turbidæ semper cogitationes ut ixonice rotæ animum rapiunt atque dilacerant. Verum tamen tanta est hominum vesania, ut esse sub sentibus delicias reputent, quod plane phreneticorum proprium est; unde et hujusmodi homines *stultorum filios* appellat dum subjungit:

8. FILII STULTORUM ET IGNOBILIUM, ET IN TERRA PENITUS NON PARENTES, — id est, erant vere stulti et ignobiles; quique propter vitæ familiare dedecus et domesticas sordes cum hominibus agere et inter illos apparere non poterant: tropologie, tales sunt impii ac peccatores, qui frequentè Scripturæ phrasi vocantur *stulti*; hos igitur filios impiorum etiam *ignobilium filios* appellat, nam virtus sola veram nobilitatem continet. Addit etiam, quod *in terra penitus non apparent*, quia ignobili loco nati sunt, et vix parentes aut unde genus trahant ostendere possunt: de quibus ita S. Gregorius lib. XX *Moral.* cap. xlvii: «Sicut enim, inquit, plerique qui in terra sunt, et a cognitione hominum abiectione villitatis suæ quasi quadam superduotione velaminis absconduntur: ita sunt quidam in Ecclesia, qui dum abiectioni pravorum operum subdunt, divino conspectui noti non sunt; quibus et quandoque dicendum est *Matth. xxv, 12*: *Amen dico vobis: Nescio vos. Esse ergo in terra et apparere, est in fide recta per virtutem operis nobilitatem mentis ostendere: esse vero in terra, et penitus non apparere, est in Ecclesia quidem per fidem consistere, sed nihil dignum fidei in opere demonstrare: sunt itaque intra sanctam Ecclesiam divinitatis oculis, et videntur per iudicium, et tamen per bonæ vitæ meritum non videntur; quia ea quæ consistendo tenent vivendo non exhibent, de quibus Paulus dicit *Ti. i, 16*: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Hi in sancta Ecclesia fidem, quam tenere se asserunt, premunt potius quam venerantur; dum sua magis illius nomine quam ejus adipisci lucra concupiscunt.»*

9 et 10. NUNC IN EORUM CANTICUM VERSUS SUM, ET FACTUS SUM EIS IN PROVERBIUM. AROMINANTUR ME, ET LONGE PUGNAT A ME, ET FACIEM MEAM CONSPERERE NON VENTURUS. — Postquam in superioribus versiculis satis late ac lucenter probaverat illorum libellere ac stolidum ingenium, et natalium sordes, et inopiam; nunc quæ ab illis ad ænominiam fœda et ad dolorem acerbæ pertulerunt ostendit et amplificat. Profecto viri justissimi despectus non videtur ulterius valuisse procurrere: versus enim fuit in canticum, ut de ipsius calamitate inepta carmina vulgo jactarentur: factus fuit in proverbium, hoc est calamitatis exemplum, ad impre-

Peccatum absinthium

Crimina sunt sentes.

Vers. 4.

Impii sunt stulti et ignobilis.

Job a suis servis constituitur.

Clades et illud nos justorum impiorum grata sunt spectacula.

Vers. 9 et 10.

In hoc mundo spectacula sunt pugnae et malis.

Job dicitur in canticum et proverbium.

caationes vel hyperboles, ut cui malum vulgares homines imprecondo dictarent; contingat tibi Jobi calamitas: vel cum ærumosissimum aliquem describere vellent, dicent: Est Job ærumosior. Quod vero de facie sputis deturpata subjungitur, ut jacet accipendium est. Vere scilicet petulantur homines in Jobi faciem inspuerunt: neque subest ratio efficacæ aut valde nervosæ ad rem in hyperbole aut metaphoram detorquendam. Nicetas in *Caten.* simpliciter locum hunc exponens: «Ubi, inquit, ad me propius accesserint, sputisque fœdaverint, longe recedunt.» Et Theophanes Nicenus in sua *Epist. 2*, quæ est de patientia ad omnes christianos, hunc ipsam Jobi locum elucidans ait: «Servi abjecti et viles illudentes, et deridentes conspuentesque in ipsum, calamitates assidue expróbare non desistebant.» Ex his liquet Jobum etiam in hoc Christi figuram prætulisse, qui derisus et consputus fuit, quemadmodum discipulis Jerosolimam ascensuris de se prædixit *Matth. xx, 18*: «Ecce ascendimus Jerosolimam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis, et condemnabitur eum morte, et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum,» etc., ubi expende illud *ad illudentum*, hoc est, ut pro usu et materia risus et lætitie in suis tormentis habeatur.

Quippe laniens justorum virorum voluptuosis hominibus festiva sunt spectacula. Audisti amphitheatra Romana plena festivis spectaculis quæ populos aspergeret gaudiis? novisti inibi ferarum pugnas, quarum laniens miram hilaritatem spectantium animis ingenerarent? sic justus Jesu et Jobi clades, sic laniens sancti hominis nunquam non festivo spectaculo impiis accidit. Rem ponderat Chrysostomus serm. 5 *De Pass.* dicens: «Iis discipulis suo simul et iterum præmonebat, ponens ante oculos eorum, et velut arenam suæ constituens passionis, et inducens in eam quot contumeliarum genera tot genera bestiarum.» Ecce tibi Dominus quoties loquebatur de sua morte, sic loquebatur quasi de arena amphitheatri, in qua impiis nihil non ludibundum, nihil non festivum apparebat: sic contumelias omnes estimat quasi immanissimas feras, quarum unguibus laniatus nobilis athleta gladii impiorum aspectantium cunclaret. Ad hæc aiebat Paulus I *Corinth. iv, 9*: «Puto quod Deus nos novissimos apostolos ostendit tantum morti destinatos; quia spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus:» expende, *spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus*, hoc est, ita se habent res nostræ ut spectaculorum in arena lusus, ad quos voluptatis causa confluit universis; sic ad pugnas nostras universi concurrunt tam boni quam mali, tam qui mundani sunt quam qui angelici; sed hi ut exemplum mirentur, illi ut delectationem percipiant. Id quod pulchris verbis notat D. Anselmus aïens: «Sicut omnes concurrunt ubi jocus celebratur, vel pugiles certant, aut aliquod monstrum produci-

tur: sic omnes boni vel mali conveniunt ad aspiciendas penas nostras. Spectaculum sumus et angelis, et hominibus tam bonis quam malis. Boni angeli conveniunt ad spectaculum passionis nostræ, ut nos presentia sua confortent, et ceteros ad exemplum nostri certaminis invitent; mali vero, ut gaudeant, cum nos suos adversarios cruciari videant, et ceteros a fide metu penarum defleat: boni homines, ut laudent; mali, ut insultent: boni, ut exemplo nostro confortentur; mali, ut ex penis nostris deleantur.»

Sic semper justorum laniens jucundissima faciunt impiis hominibus spectacula, amplissimamque suppeditat materiam cantibus improborum; hinc Jeremias ait *Thren. iii, 61*: «Audisti opprobrium eorum, Domine, omnes cogitationes eorum adversum me: labia insurgentium mihi, et meditationes eorum adversum me: tota die sessionem eorum et resurrectionem eorum vide; ego sum psalmus eorum: reddes eis vicem,» etc. Hæc justus vir pelli a Deo, ut videat nimirum hominum impiorum conventus, meditationes, concursus singulis horis, singulis momentis, tota die coactos, insuper sessiones eorumdem, hoc est, juxta Glossam interlinearem, *sessiones quasi magistrorum*, non verorum magistrorum, qui veritatis doctrinam præbent; sed quasi magistrorum, nimirum de solis magisterii fibulis lumentium; in hoc crebro conventitium, ut innocuam et justam gentem lacerent, et tanta laniens carchinnos exeliret, immensaque sibi gaudia condant. «Ego sum psalmus eorum:» hi enim cantantur psalmi in choro malignantium, in choro impiorum, videlicet laniens justis hominis; hæc vocant ad sua carmina, hæc ad plectra adhibent, ut dum rumpitur justus, ipsi exultare possint. Præclare igitur Job dum se deridentium exprimit conditiones ait: «Nunc in eorum canticum versus sum;» Septuaginta reddunt, *κὴν τῶν ὑμῶν ψάλλοντες, cithara eorum ego sum*; et quidem pulchre justus vocatur *cithara impiorum*, non solum quia sicut ex percussis citharæ fidibus dulcis percipitur sonus, sic ex justo percusso, imo laniato, impii voluptatem percipiunt et lætitiam; sed quia ut ad percussurum citharæ fidium numerum psalli et saltari solet, sic ad numerum justis hominis cladium mundiales homines et carmina concinunt, et festivos saltus componunt, ut dicit Nicetas in *Caten. Græc.*: *Cantio itaque et cœmnen effectus sum eorum, measque calamitates pro quibus alio sermone habent in ore.* Et carminibus et cantibus et universis lætitiis impiorum hæc additur inexhausta materies, scilicet calamitas justorum: hæc illis pro cantu, pro saltu, et utinam in hæchordas non videantur aliequis mutati chori, nec inter psalmos et canticum organæ tales fabricentur cantiones, quæ in sancti aliequis hominis personam infamiam.

11. PHARETRAM ENIM SUAM APERUIT, ET AFFLIXIT ME, ET FRENUM POSUIT IN OS MEUM. — Elegans emblemata est, in quo pingitur Deus pharetram ges-

Impii justorum vultus audiunt jucundissimos.

Job dicitur cithara.

Vers. 11. Quo modo doctus.

pharetra et sagitta accomodantur.

fans, aperiens, sagittas promens, arcu adaptans et excutiens: pingitur etiam ut validus equorum domitor frænum indens, adstringens, utea ratione calamitas, qua homo subjugatur, freno noletur; quemadmodum pharetra significatur divina providentia, e qua sagitta calamitatum promuntur, que in homines collantur, ac in finem divinæ gloriæ tandem diriguntur. Potest autem Job ita loquens induci, q. d. Hec porro ab hominibus indecore patior, quia Deus, ut me exerceret atque probaret, illorum manus et linguas istiusmodi spiculis armavit: continuat hactenus sagittas suas in pharetra, cum me paterno studio custodivit, et quotidianis ornavi beneficiis; nunc autem inclusas ad hoc usque tempus sagittas exprompsit, quibus mecum sum; et sui timore atque observantia, ne quid insultantibus responderem acerbius, quasi quodam freno linguam meam severe constrinxit. Vel etiam sic, q. d. Deus in me jacula vibrat, me freno compescit, doleoque vehementer: nam neque hostis ejus sagittis pelendus sum, neque indomitus equus, qui valide domari debeam, cum semper illum colerim, semper jumentum morem gesserim, et ad nutum ejus obtemperaverim.

Deo conseruationis nostræ virtutum saluatore illico emimus. et perimus.

In Hebræo est: Quia funem meum soluit, et frænum a facie mea laxauerunt. His verbis innuit omne robur sibi ademptum fuisse a Deo, omnemque potentiam et auctoritatem imminutam, et se quasi capillus diminutionem passum esse, ut ab unoquoque posset impune contemni: hoc enim intelligit eam similitudine, cum ait Deum soluisse funem sive vinculum ipsius. Dum enim manu Dei sustinemur, id perinde est, atque si vinculo aliquo firmo constringeremur: quod si Deus soluat aut frangat, illico effluimus, nec quidquam in nobis firmum validumve consistit, sed omnia dissipantur. Ea Jobi scopum; nempe quod homines contempti et nullius auctoritatis, de quibus antea locutus est, non ausi fuissent in ipsum ita superbe involare, et impetum facere, nisi ipsum Deus suo vigore destituisset. Quod enim seipsum continere non potest, opus habet ut colligatur, et externo aliquo admiculo contineatur. Nos vero ita sumus a natura comparati, ut nihil habeamus quod nos possit sustinere et conservare, nisi Deus nos conservet et vinciat: quare si hoc conseruationis nostræ vinculum dissoluerit freightive, nihil amplius nos potest tueri et feruere, ita ut vel abjectissimi quique in nos imperium et auctoritatem obnoctant.

Ver. 12.

12. AD DEXTERAM ORIENTIS CALAMITATES MEÆ ILlicco SURREXERUNT: PEDES MEOS SUBVERTERUNT, ET OPPRESSERUNT QUASI FLECTIBUS SEMITIS SUIs. — Illud ad dexteram orientis in Hebræo est, ad dexteram efflorentis vel germinantis, q. d. Cum in me effloruit et coortus est Deus, sive manus Dei, qui me his malis affligi voluit, non secus atque arborem seu truncum rami comitantur atque circumdant; iâ calamitates multe ac graves ad dexteram

meam illico insurrexerunt, et undique circumdederunt, quasi jam ante parate ad nutum illius me invadere et affligere, metaphora nimirum a ramis truncum comitantibus deducta, vel potius a pretore per satellites suos quempiam cingente, et manus ei ac vincula injiciente, q. d. Simul ac Deus veluti pretor me invasit, statim etiam calamitates glomeratim quasi lictores in me insilerunt; quemadmodum ubi pretor signum dederit, a latere, maxime dextero, ubi solet adhiberi vis atque defensio, insiliunt lictores, apprehenduntque ac stringunt captivum. Et quemadmodum lictores postquam in captivum irruerint, statim pedes illius subvertunt, et in terram cum prosternunt, ut pro suo libito ligent eum vinculis: ita, inquit, afflictiones istæ statim me pessumdede-derunt, et quasi in terram subito prostraverunt. Et oppresserunt quasi flectibus, id est, quemadmodum flectibus aquarum quis obruitur, sic et ego illarum multitudine et magnitudine calamitatum obrutus et oppressus jaceo, in multa angustia, obrutus illis, et quasi calcantibus caput meum. Septuaginta vertunt, in δειξάν βλαστὶ ἐκ-
νίσταται, πῶτα ἰσθίον ἔτιμα, καὶ ἀποκίον ἐν τῇ τῆσσι; ἀποκίον ἀντίον, ad dexteram geminis insurrexerunt, pedes suum extenderunt, et straverunt super me semitas perditionis ipsorum: Scholiastes interpretatur, quod sibi quondam rebus dexteris et secundis florenti vel operibus ipsius bonis insultarunt, omnia deteriorem in partem interpretantes, quasi non pure pietatem coleret. Sed alius fortasse, et propius Hebræo potest esse sensus, ut intelligatur eos, qui in flore ætatis sunt, in Jobum consurrexisse: sic enim ex Hebræo quidam vertunt, juvenes surgebant a latere, constringebant pedes meos, quin semitas meas cingebant suis offensivibus. Significat nempe juvenes a latere insurrexisse, qui antea coram ipso proclibuisse, eos nunc ipsam supplicare conari, et illi quo offensa dat et impingat saxa ante pedes in via ponere: hoc nimirum pacto satis indicat se undique irrideri, sequæ eam reverentia, qua se olim affectum fuisse commemoravit, penitus spoliatum esse. Denique intelligit se omni calamitatum et malorum generi a Deo expositum fuisse.

Obstruere tribulationes Jobum circumdederunt

justi tribulationes a deo sunt circumdant, quia illi present ad salutem.

In sensu arcano ad dexteram orientis illi calamitates adveniunt, cui æquo animo susceptæ ad salutem ac vitam æternam proficiunt: nihil quippe justo viro, etsi durum, etsi acerbum, non expediens salutem a Deo amante paratur, in cuius rei symbolum crucifixi Domini latus dexterum lancea perfoctum fuit Joan. xii. 34, « et continuo exivit sanguis et aqua: » aqua quidem, que baptismum adumbraret; sanguis vero, qui tribulationum et passionum calicem fidelibus porrigeret. Sed cur tristitia et acerba tribulationis signa non magis a sinistris notabantur? Uti que designarentur tribulationum, que justis accidunt, qualitates, que dextere sunt et nuntie venientis felicitatis: ideo, ait D. Bernardus serm. 7 in Psal. Qui habitat :

Ver. 13.

13. DISSIPAVERUNT ITINERA MEA, INSIDIATI SUNT MIHI, ET PRÆVALUERUNT, ET NON FUIT QUI FERRET AUXILIUM, — id est, hostes mei intercepterunt me iter facientem; ex insidiis me adorti prostraverunt me, neque fuit qui cadenti adesset: in Hebræo est, destruxerunt semitas meas, scilicet ut nulla, per quam effugiam, via supersit. Est rhetorica summæ afflictionis descriptio, qualis fere est illa Jeremias Thren. iii. 9: « Conduxit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subvertit; » vel quia insidiis ei in itinerebus struebant, ne sine damno prætransiret. Cujus expositionis causam addit Vulgatus: « Insidiati sunt mihi, et prævaluerunt. » Planius in Hebræo, in perniciem mea profecerunt, id est, ea mihi damna et detrimenta inferunt, que cogitant et optant, nec ullam eorum injuriam propulsare possunt. Id quod alia phrasi declaravit David dicens Psalm. LXXXVIII, 43: « Exaltasti dexteram deprimentium eum, laificasti omnes inimicos ejus; » id autem Græci omiserunt, et ejus loco posuerunt, ἐξέδωκεν γὰρ με τὸν σπῆρα, ἐξουδῆν ἐνὶ με στόλα, id est, me gloria et amplitudine mea privavit: ex quo fit ut nihil me reverentur. Pro eo autem quod Vulgatus habet, et non fuit qui ferret auxilium, Septuaginta legunt, βίβων ἀντὶ κακότητος με, jaculis suis vulneravit me; quod simile est ejus quod dixit paulo ante vers 41, ex versione etiam Græcorum: « Pharetra suam aperuit, et afflixit me. »

Ver. 14.

14. QUASI RUPTO MURO ET APERTA JANUA IRRUERUNT SUPER ME, ET AD MEAS MISERIAS DEVOLUTI SUNT. — Adfert metaphoras multiplices nunc a latronibus Job va-
ris me-
dis ab
hostibus
impetu-
sus fuit.

Christus murus et fundamentum.

Fratri prius sa quam a-
lius de-
trunt.

Tentatio violenta qualis.

Christus murus et fundamentum.

etiam di-
lectis di-
abscon-
dit.

tum; et plures noctes vides, in quibus Iesu praesentia caret. Hinc dicitur Guilielmus abbas serm. 1 in Cant. : « Noctes ejus frequenter interpolantur absentia sponsi : cum adest, lux est; cum abest, nox est. Ideo multae sunt noctes sponsae; quia multi sunt elapsus sponsi, et multae latebrae. » Quandoquidem nox correspondet absentiae Dei, necesse est multas esse noctes, quia multae et frequentissimae sunt Dei absentiae, ne quis putet verbum Dei posse esse alligatum, ut illud pro quacumque hora homo voluerit habeat : saepe enim praesunt multi de Deo certis temporibus habendo, et misere se fallunt : audi quid de sponsi fuga multiplici dicit D. Bernardus serm. 32 in Cant. : « Cum, inquit, vigiliis, et observationibus, et multo labore et imbre lacrymarum quaesitus Dominus affuerit, subito dum teneri putatur elabitur; et rursum lacrymans et insectanti occurrens comprehendi palitur, sed minime retineri, dum subito iterum quasi manibus evolat. Et si institerit precibus et fleibus devota anima, denuo revertetur, et voluntate laborum ejus non fraudabit eam; sed rursum mox disperebit, et non videbitur, nisi iterum toto desiderio quaeratur. Ita ergo et in hoc corpore potest esse de praesentia sponsi letitia, sed non copia; quia etsi visitatio locifera, sed molestat vicissitudo. »

Negligentia
tenere
praesentem
amittit
Dei.

Hec quae expendant omnes, qui otiosam vitam agunt in mundi hujus foro, et dum in cupiditibus suis implendis sunt toti, nullam salutis sollicitudinem, nullam de Deo propitiandae cogitationem habent; nec magni ducunt, hos et illos dies, imo hos et illos annos negare Deo, ejusque vocationi repugnare, negotium animae vel non curantes, vel in aliud tempus differentes, ac si certi forent Deum pro quacumque hora ipsi voluerint ad nutum eorum paratum et expeditum adfuturum, ut eis efficacia auxilia praestet et singulari sui assistentiam. Sed unde haec sibi polliceri aut confingere praesumunt? Sane etiam illi, qui omni studio et labore cum lacrymis et sollicitudine Deum quaerunt, talia sibi promittere vix possunt, quandoquidem Deus, licet amicissimus, non tamen assiduus, et peculiariter iis semper assistit, nec pro quacumque hora et momento ad nutum eorum adest, sed frequentibus fugis se illis eripit, et suavem suam faciem abscondit. Si ergo etiam laborantes, et anxie quaerentes pro quacumque hora certo Deum sibi peculiariter assistentem non inveniunt, sed illum lugent absentem; qui otiosi in foro vivunt, in lecto stertunt, nec ulla Deo placendi sollicitudine tenentur, qua temeritate praesumunt illum sibi praesto futurum pro quacumque hora ipsi voluerint? Adfuit aliquando sponse foribus Cant. v, 2, « vox dilecti pulsantis : Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. » Quid tunc? ipsa dicit ibid. vers. 6 : « Pessulum ostii mei aperui dilecto meo : at ille declinaverat, atque transierat. » Quis crederet non magis expectaturum

eum, qui sic ad ostium dilectae et immaculatae pulsabat? Quae dilecta non praesumeret a se inveniendum illum, quem senescerat pulsantem et ad januam vocantem? Et nihilominus dum paulisper cunctatur, cum vult admittere, jam non invenit quem admittat. Sollicet non pro omni hora qua vult homo adest Deus efficaciter vocaturus, sed frequenti fuga et inopinata absentiam et alienationem ostendit suam. Unde Job subdit :

21. MUTATUS ES MIHI IN CRUDELEM, ET IN DURITIA Vers. 21.
MANUS TUAE ADVERSARIS MIHI, — q. d. Qui in te ipso Deus videtur crudelis dum nos flagellat.

crudelitatis nil habes, mihi, quem respirare a percussione non sinis, crudelis videris : ita enim Deus crudelis esse non potest, sicut nec mutari ullatenus potest. Sed quia omnino in Deo nunquam nec crudelitas nec mutabilitas venit, dum mihi dicit, quod in semetipso Deum nec crudelem nec mutabilem sentiat ostendit : nam dum circa nos quaedam prospera et adversa variantur, in eo quod nos mutatur, quasi ejus circa nos mutatum animum suspicamus. Ipse vero in se incommutabilis permanens, aliter atque aliter in cogitatione sentitur hominum pro qualitate meritum : sic et lux solis, cum nequaquam sit sibi semetipso dissimilis, infirmis aspera, sanis autem oculis lenis videtur, eorum videlicet immutatione, non sua; unde, ut praediximus, dicens : Mutatus es, adjunxit mihi, ut ipsa haec crudelitatis atque mutatio non sit in qualitate judicis, sed in mente patientis. Quod verbis quoque alius relexit dicens : Et in duritia manus tuae adversaris mihi : manus enim Dei dura tenentur, cum voluntati nostrae contraria hoc quod ei in nobis displicet feriendo persequitur, et flagella ingeminal, cum dolentis animae clementiam expectat. Quae tamen juxta allegoriae mysterium bene sanctae Ecclesiae verbis congruunt, ex vocibus infirmorum, qui plerumque se plus ferri aestimant, quam mereri putant, et quasi crudelitatem arbitrantur judicis distributionem aequissimam rationis : quia et cum vulnus aegri medicinali ferramento absconditur, medicus crudelis vocatur, qui tamen per secantis manus duritiam adversatur vulneri, sed concordat saluti : ita pulchre S. Gregorius lib. XX Moral. cap. xxii, ubi vide illum fusiis.

22. ELAVISTI ME, ET QUASI SUPER VENTUM PONENS Vers. 22.
ELIVISTI ME VALIDE. — Septuaginta reddunt, *fractae* : *di me in idonava, kai aniphrata pa and vorreia, statuisi autem me in doloribus et projecisti me a salute* : in Hebraeo est, *tollis me ad ventum*, quo inquit instabilem suam conditionem : nam vento nihil levius, nihil instabilius : interdum celeritatem arguit, ut quando Deus dicitur volare super pennas ventorum; hinc a vento tolli idem est quod leviter tolli; vel Psal. xvii, 11 : « Tollis me in ventum, » id est auferis me ut penitus evanescam. Eodem spectat quod sequitur : « Equitare facis me, » scilicet super ventum, ut quam celerissime auferas et medio : nam venti celeritas in proverbio est. Ceterum sensus est, q. d. Ex sublimi felicitatis

est e sublimi caris.

fastigio, in quod me evexeras, nunc in profundum malorum barathrum praecipitas eo acerbiori et magis miserando casu, quo e sublimiori fortuna : postquam enim sic me in altum nullo stabili fundamento nixum quasi supra ventum sublimiter gradu ad infimum usque sortem et extremam calamitatem decidere; veluti si quis ex suprema vel media regione aeris in profundum terrae puteum corrueret; quibus in verbis demonstrat se maximo dolore affici recordatione praeterite felicitatis, dum praesentem miseriam intuebatur : « Levior enim dolor est, inquit Seneca De Tranq. non habere quam perdere; tolerabilius non acquirere quam amittere. » Itaque letiores videbis quos nunquam fortuna aspexit, quam quos deseruit : non enim bona non accipere adeo grave est quam acceptis privari; et nihil magis miserabile est quam ex beato ferri miserum, id quod expressit Pompeius apud Luceanum cum dixit :

Decorati est fortuna prior.

Dolebat hoc quoque David dicens Psal. ci, 18 : « Quia elevans allisisti me; » qui locus huic omnino similis est, eundemque sensum habet : significat enim se a Deo in sublimiorem dignitatis ac potestatis gradum evectum, ac deinde ex eodem dejectum, deturbatum, praecipitatum, gravissime laesum atque collisum fuisse; unde accidit, ut longe molestior accideret hujuscemodi humilitatio. Tropologiae S. Gregorius lib. XX Moral. cap. xxiv, interpret. tr hoc de transitoria felicitate : « Quia, inquit, praesentis vitae gloria quasi in alto cernitur, sed nulla stabilitate solidatur; velut elevator, et super ventum ponitur, qui prosperitate transitoria letatur : quoniam ad hoc solum hunc fugitivae felicitatis aura sublevari, ut repente deterius in infimis sternat. »

23. SCIO QUIA MORTI TRADEM ME, UBI CONSTITUTA EST DOMUS OMNI VIVENTI, — q. d. In omnibus autem his non aliam habeo consolationem temporalem, nisi quod cognosco non esse durabilem istam tantam calamitatem, sed morte brevi finendam : hoc enim scio, te post istam calamitatem, cum tibi visum fuerit, ad mortem usque me perduciturum : ad quam velut ad communem domum et generale hospitium migrare oportet sine exceptione universos qui vivunt super terram; quemadmodum ii qui in praeteritis generationibus vixerunt illo jam praecesserunt, et subsequenter nos qui post nasciturus sunt in futuris generationibus : omnibus enim hominibus statutum est mori. Ubi dicitur, constituta est domus omni viventi : expendi in primis vocem domus : in Scriptura enim maxime differunt domus et tabernaculum : nam tabernaculum est mansio constituta ad habitandum non permanentem, sed ad breve tempus; illudque extruitur levissimo aut nullo fundamento supposito, fixis tantum in terra baculis, superponendo illis pelles aut cortinas cilicinas; quomodo Habac. iii,

7 dicuntur « pelles terrae Madian : » ejuscemodi habitationibus utebantur filii Israel per desertum ambulantes, figentes tabernacula in locis ad quae noctu perveniebant, inde statim discessuri; unde et dicitur Isai. xxiv, 20 : « Tabernaculum unius noctis. » Domus autem dicitur habitatio constructa ad habitandum permanentem, cui solidum firmumque fundamentum, ut stare possit, substernitur; super quod firmi eriguntur parietes; unde Jonadab hoc filiis suis imposuit Jerem. xxxv, 7 : « Domum non edificabitis, sed in tabernaculis habitabitis, » ubi tabernacula domibus opponit. Hinc locus ille, in quo area Dei primo habitabat, quia mutabilis erat, et minime permanens vocabatur tabernaculum, ut tabernaculum Silo Psal. lxxvii, 60; sed templum, quod a Salomone constructum fuit, ut permaneret in illo perpetuo, vocatum fuit Domus Domini, III Reg. vii, 20.

In hac vita non habet homo locum, in quo habitet tanquam in domo, sed tanquam in tabernaculo : quia nullus est in hac vita locus, in quo sit permanens. In sepulchro autem constituta est tibi domus, ubi permanebis toto tempore quo mundus perduraverit. Cui concinnissime videtur David, ut S. Augustinus elegantissime annotavit in Psal. xlviii loquens de divitibus et potentibus, qui ampla exstruunt palatia, domos laqueatas edificant, tanquam si in eis perpetuo essent permansuri, dicens, hujuscemodi edificia non domos, sed tabernacula esse Psal. xlviii, 12 : « Sepulchra eorum domus illorum in aeternum. Tabernacula eorum in progenie et progenie vocaverunt nomina sua in terris suis : » diligenter annota, prius dicere hominum sepulchra esse domos illorum, et domos quidem in aeternum, aut in saeculum, id est dum mundus duraverit. Deinde habitacula, quae in terra posteris suis relinquunt, ad nominis sui celebratam instructa, non domos, sed tabernacula vocat; recte quidem, quoniam in habitaculis super terram exstructis minime tempore manere sinuntur, nec ulla in eis firma aut fixa statio est. Frequenter contingit, ut mox edificatio palatio morte absorbeatur dives, imo et nonnumquam priusquam structura ad perfectionem fuerit perducta; cogaturque veli nolit erecta multis laboribus et sumptibus palatia posteris relinquere, nec eis permanendi sibi facultas conceditur : et si conceditur, certe breve nimum est quod conceditur. Quilibet enim homo confiteri debet se peregrinum super terram, ideoque nec habere in ea civitatem permanentem aut fixam domum : nam ubi quis advena est, ibi domum fixam non habet. Deinde notum est, militiam esse vitam hominis super terram; milites autem non fixas habent domos, sed in tabernaculis agunt : sepulchra vero eorum recte domus illorum vocantur, propter stabilem et longissimam mansionem, in qua in aeternum manebunt, dum mundus perdurabit. Recte ergo, inquit S. Augustinus, tabernacula vocantur, in quibus temporaliter manserunt; sepulchra au-

In hac vita non habet homo locum, in quo sit permanens. In sepulchro autem constituta est tibi domus.

Qua sit dicitur constituta est domus omni viventi : expendi in primis vocem domus : in Scriptura enim maxime differunt domus et tabernaculum : nam tabernaculum est mansio constituta ad habitandum non permanentem, sed ad breve tempus; illudque extruitur levissimo aut nullo fundamento supposito, fixis tantum in terra baculis, superponendo illis pelles aut cortinas cilicinas; quomodo Habac. iii,

tem domus, in quibus quasi in eternum manebunt. Tabernacula suis dimittent, ubi manebunt brevi tempore vite, et transibunt quasi ad domos eternas ad sepulchra. Quid illis prosunt tabernacula in generatione et generationem. in filios, nepotes, pronepotes? quid? audi *ibid.* vers. 12: «Vocaverunt nomina sua in terris suis. in locis parietibus extructis procurant nomina sua vocari, etc.

in sepulchro edificato domo constituta.

In sepulchro igitur constituta est tibi domus mortuorum, cui viventi tantummodo locus conceditur, in quo brevissime tanquam in tabernaculo debili et infirmo possis habitare. Aperte autem dicitur domus constituta: in Hebraeo est בית מנוחה, quod proprie significat locum statutum, ut in eo plures congregentur, aut in unum convenient; quomodo dantur in civitatibus domus communes, ad quas omnes conveniunt, ubi omnes promiscue congregantur, qualis erat synagoga, apud Iudeos, et templa apud nos; Paquinus vertit, ad domum congregationis omnis viventis; Regia, ad domum conventus omnis viventis. In mundo unusquisque locum suum habet ab alio separatum, dives a paupere, nobilis ab ignobili, dominus a servo; sed in sepulchro constituta est domus, in qua omnes congregentur, simul in unum dives et pauper. «Parvus et magnus ibi sunt, inquit Job cap. ut, 19, et servus liber a domino suo.» Quamvis princeps Isobeth et dux Abner dum viverent grandi dissidio ab invicem fuissent separati IV Reg. iv, 13, demortui tamen, «tulerunt caput Isobeth, et sepelierunt in sepulchro Abner.» In sechorum ludo, quamvis calceoli supertabulam stant erecti, unusquisque locum suum tenet juxta suam qualitatem ac dignitatem; dum tamen e tabula extrahuntur, omnes turmatim uno eodemque includuntur sacco: «Aperi sepulchra, inquit S. Augustinus serm. 48 ad Fratres in eadem, et vide, an discernere possis, quis dominus, quis servus, quis pilcher, quis deformis, quis dives, quis pauper, et propterea funera vocamus esse quae, quia mors omnes exaequat. Aliqui dicunt vocem בית מנוחה significare testamentum: ut vertere possis, ibi constituta est domus testamenti cunctis viventibus, id est, domus jure testamenti omnibus convenientes. Haec domus testamentario jure tibi convenit a primo omnium parente, qui jure haereditario hoc solummodo tibi reliquit: per illum enim Rom. v, 22 ingressa est mors, et ita in omnes homines mors pertransit.»

24. VERITATEM NON AD CONSUMPTIONEM FORUMERIS MANUM TUAM; ET SI CORRUERINT, IPSE SALVABIS. — Non autem ideo, inquit, per mortem spero liberari a miseria, quod per eam arbitrer me prorsus consumendum et secundum corpus et secundum animam: tamen enim in mortem trades omnes homines, ut separaret ad tempus anima a corpore, non tamen emitte manus tuam ad totalem eorum consumptionem; nec extendes potentiam tuam, ut penitus homines in nihilum redigas, ita ut neque corpus remaneat post mortem, neque anima,

vel ut nunquam resuscitentur corpus et anima; quemadmodum bruta animalia dum moriantur penitus intereunt, etiam secundum animam et sine spe resuscitationis prorsus consumuntur. Ino vero etiam homines per mortem cadunt, et ad tempus deficiunt per separationem animae a corpore; tu tamen dextera omnipotentiae tuae salvabis eos. Universos quidem et bonos et malos servabis secundum secundum substantiam interire cum corpore. Item universos servabis ad resurrectionem, sic ut suo tempore resurgant in corpore et anima vel ad gaudia, vel ad supplicia. Bonos vero speciali ratione salvabis omnes ad vitam et gaudia sempiterna. «Justus autem, inquit Sapientis Sap. iv, 7, si morte praecupatus fuerit, in refrigerio erit.» Haec justorum mortem ut sortem felicem laudavit S. David, cujus carmen est Psalm. cxv, 13: «Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius:» pretiosa quidem, sive quia ut sortem magni valoris non permittit Dominus passim et temere ab impiis ferri; sive quia pro ea cohonestanda atque lenienda Filius ipse Dei non erubuit carnem induere; sive quia hujusmodi mortem consuevit mercede amplissima remunerare. Haec igitur mors a sapientibus et prudentibus vita merito praeponebatur, quod aliquid magnum et pretiosum habet absconditum, cujus gratia ipsa quoque sit bona atque pretiosa. Et revera ita est, nam haec justorum mors finis est laborum, principium quietis, fuga tristitiae et adventus laetitiae; sedatio tempestatis et initium tranquillitatis; consummatio exsilii et redditus in patriam; in quam tot periculis superatis, tot laboribus exantillatis, et tot afflictionibus sustentatis, conati sumus repedere.

Sanctorum mors pretiosa est.

O vere felix et beata sanctorum mors, quam tot ac tanta bona roborant! quis enim somnum non amet, ex quo in vitam immortalem evigilet? quis non peregrinationem suscipiat, non jam ut sanctorum reliquias veneretur, sed ut sanctorum reliquiis assideat? Quis non libens se dedit itineri, quo in patriam desideratam veniat? quis non transitum a terra in caelum, ab exsilio in regale palatium, a mortalitate ad immortalitatem gaudens exultansque suscipiat? Quis non calicem amarum dispensatione Domini edulcatum gustet? quis non carcere exeat, ergastulum fugiat, peccandi occasionem relinquat? Quis non in curiam regiam triumphator ascendat, in qua eum angelus ob victorias de mundo, de diabolo et de carne reportatas coronatum laetis et exsultantibus excipiat? quis tandem non placet reverteretur in domum suam, ubi eos amplexetur, quos aut ex facie novit, aut nosse desideravit, et cum eis semper vivere concupivit? Haec autem domus patria caelestis est quam justus clavus mortis aperit; ubi eos charorum numerus expectat, ut verbis S. Cypriani utar, parentum, fratrum, filiorum, frequens eos et copiosa turba desiderat, jam de sua immortalitate securi et ad-

Quanta sint bona in morte et iustorum.

Beata mors bonorum vivit et gaudet.

huc de eorum quos diligunt mortalitate sollicita. » Omnibus quidem moriendum et hinc emigrandum est; sed qui pretiosam sanctorum mortem consuevit desiderat, eorumdem quoque vivendi rationem tenet necesse est. Huc spectat prudens illud ac salutare monitum S. Bernardi Epistolae 405 sic scribentis: «Volo te, inquit, mortem etsi non effugere, certe vel non timere. Justus quippe mortem etsi non cavet, tamen non pavet: denique Sap. iv, 7 si morte praecupatus fuerit, in refrigerio erit. Moritur quidem iustus, sed secure, quippe cuius mors ut praesens est exitus vitae, ita introitus melioris: bona mors si peccato moriaris, et justitiae vivas. Haec mors necesse est ut praecuratur, ut sequatur illa secunda. In hac vita quamdiu durat, compara tibi illam quae semper durat. Dum vivis in carne morere mundo; ut post mortem carnis Deo vivere incipias: quid enim si conciderit mors saccum corporis tui, dum te subinde deridit laetitia? O quam beati mortui Apoc. xiv, 13, qui in Domino moriuntur, audientes a spiritu, ut requiescant jam a laboribus suis. Non solum autem, sed et succedit jucunditas de novitate, ac de eternitate securitas. Bona proinde mors justorum propter requiem, melior propter novitatem, optima propter securitatem:» sic ille. Discemus itaque mori, ut bene moriamur, quia nemo bene facit quod nunquam praesare didicit; vivamus sancte, ut in perpetuum vivamus, colamus perfectam justitiam, quae nos in vitam dirigat per semitas aequalitatis, et in morte defendat ab operariis iniquitatis, et post mortem in sedes immortalitatis deducat.

Vers. 25.

Joti affectus erga afflictos estimatur.

25. FLEBAM QUONDAM SUPER EO QUI AFFLICTUS ERAT, ET COMPARABATUR ANIMA MEA PAUPERI. — id est, ex affectu misericordiae condolebam miseris, lugens cum lugentibus, et fletus cum fletibus; neque verbo aut signo commiserationem tantum ostendebam, verum ex intimo cordis affectu illis condolebam, atque etiam re ipsa pro mea virili illorum miseris succurrere studebam: ita sup. cap. xxix, 13 et 25 se «cor viduae consolatum» asseruit, et glorioso honoris titulo incrementum consolationem et patrem pauperum» appellavit, ubi vide quae de eximia Jobi in egenos misericordia notavimus; quibus hic tantum addo quod habet Chrysostomus ad hunc locum hom. 16 in Matthaeum: «Si, inquit, certa est merces etiam genuitum ac lacrymarum, quando et verbum et studium aliaque plurima concurrerint, considera quanta sit retributio conferenda: nam ipsi quoque cum inimici essemus Dei Unigenitus nos ei reconciliavit, ita medium se inter nos et opponens, qui et plagas pro nobis suscepit et mortem. Studeamus igitur et nos eos qui affliguntur de malis innumeris liberare, etc. Ita D. Chrysostomus, qui nobile quoddam electosyone genus esse dicit *επιτροπεύοντες*, ingerunt et flere propter eos qui affliguntur. Hinc viri misericordiarum in hac hominum societate communique nexu religionis, cum mysticum omnium efficiant corpus, si quod malum in alium cadit,

illud minime a se alienum putant, sed potius aequam honestatum opinantur, alienis dolibus affligi. Omnes quidem ad illi unum invitat Sapientis monitio Eccl. vii, 37: «Ne desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula;» in arcano autem sermone ambulare cum aliquo, est illius mores et agendi rationem imitari: quare cum lugentibus ambulare nihil est aliud, quam cum illis se quoque luctui lamenisque tradere, unde illud Apostoli Rom. xii, 15: «Flere cum fletibus.» Quod praecipuum longe ante religiosissime Job tenuerat, ut qui fuerit collactaneus miserationi, quam inde ab infantia uleribusque hauserat, de se enim hic vere testatur in hunc modum: «Flebam quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima meae pauperi:» hoc praesertim nomine Jobi apud suos regium nomen consecutum potum, imperique insignium ornatum; quandoquidem ex mente D. Chrysostomi nemo videri debeat ad alios moderandos idoneus, quam qui noviter *κατακλινας*, condolare, flere cum fletibus, miserisque aliorum tangi et calamitate: propter illud virtutis ornamentum tam excoellens, ut cognatum caelo videatur, ait Moyses evocatum Deo fuisse *κατακλινας*, ad thronum publici dominatus et populi generationem, cum saepe jam spem meam suae humanitatis pignusque dedisset, et acerbo gentis casu se afflictus commotusque fuisset, ut morere plenus lacrymicus se deleri de libro vite peteret, ne populus infando exilio premeretur. Haec est plane regum animi nota et heroicis charitatis, alienas miseras ducere suas, illasque proprio suo dolore mitigare atque minuire.

Vers. 26.

Job pro bonis mala recipit.

26. EXPECTABAM BONA, ET VENERUNT MIHI MALA: — Cum semper in alios fuerim miseris, sperabam fore et etiam mihi consimilis exhiberetur et a Deo et a proximis misericordia, si quando in casus adversos incidissem; sed e contra evenerunt mihi pro expectatis bonis inexspectata mala, nec Deo miserente, scilicet quantum ad externam consolationem, nec homine, quoniam etiam illi qui ad consolandum me accesserunt longe gravius afflictio animi meum exacerarunt. Porro lucem pro prosperitate, tenebras vero pro adversitate ponit, g. d. Putabam reliquum vite tempus me peracturum in juemundo slata pristinae felicitatis, eo quod tam devoto corde Deum timissem, et pauperum miseris fuissem; sed subito et ex improviso obruerunt me adversitates quibusvis tenebris tetriores. Annotat hic Joannes a Jesu Maria, ple-nosque pissimos Dei cultores, tunc praesertim cum religiosus agunt, et eximia pietatis opera exercent, ad merito sibi videantur peculiare aliquod divinae benevolentiae signum expectare, gravius premi, ac in tristiore animi ariditate ac desolationem incidere.

Vers. 27.

27. INTERIORA MEAE EFFERVIERUNT ABSQUE ULLA RE.

Jobi erat
intimus
cruciatu-
sus.

QUIE, PRÆVENIUNT ME DIES AFFLICTIONIS. — Sed parum, inquit, fortasse videretur, si tantum in superficie carnis aut in extremis partibus corporis ista deserviret afflictio; nunc vero etiam usque ad intima viscerum, nervorum, ossium et medullarum penetrat horrenda corruptio ac tabes, quæ calore supra modum effervescente quasi inflammatur, et chillire facit omnia intestina, unde continuus nascitur in toto corpore cruciatus, qui nullam mihi quietis partem concedit. Philippus nescio quem ingentem cruciatum significari existimat inferni similem: « Magnos, inquit, dolores gehennarum significat, dum suas cum illis comparat penas quibus ejus viscera interno fervore coequerentur; » deinde vero quod addit « absque ulla requie » sic interpretatur, « quod doloribus simul et cogitationibus cruciaretur. » Sed prior sensus est simplicior, et est Tietmanni, Pinedæ et aliorum passim interpretum. Præveniunt me dies afflictionis, id est, ex improvviso nihil tale cogitantem oppresserunt: gravissima est enim ærumna, quæ incautum occupat. Porro *dies afflictionis* Septuaginta vertunt *ἡμέρας πένθητος, dies mendicitatis*. Alii referunt ad diem mortis, quod videret se juvenem aut virum robustum morte præventum, et jam jam moribundum in dimidio dierum suorum. Philippus ad internum iudicii appropinquantis timorem refert.

Vers. 28.

Jobi
animus
maror.

28. MORENS INCEDEBAM SINE FURE, CONSURGENS IN TURBA CLAMABAM. — Omnia, inquit, regerimi et miserissimi animi ac conditionis calamitosissima documenta præbui; sed quod ait: « Mœrens incedebam, » obscuritatem adfert, quæ est mœrentis animi tristitia, aliena ab omni luce et juvenilitate: quare ex Hebræo legi potest, *obscurus incessi*, contenebratus, aut quid simile: sic Jerem. IV, 28, *lugere terra et mœrere cœli* dicuntur cum obducuntur tenebris. Solent autem tristibus et miseris videri omnia tenebrescere, occupantibus cœbrum spiritibus obscuris, atris et lucis expertibus: quare et illa melancholiam generant quæ nigra sunt; hinc fit ut obscuritas ad lugubrem et nigrum lugentium habitum referatur. Significat ergo se sibi jam brevi morituro quasi funebrem luctum impendere, quod nemo futurus sit ex amicis ei superstes, qui defunctum lugeat, et supremum funeris honorem impendat: ita Pineda. Quod autem addit *sine fure*, suam mansuetudinem declarat, quæ in tantis doloribus sic ab omni fure iracundie sibi temperabat, ut præ doloris vehementia nemini convicium aut blasphemiam ingereret: solet enim furor nonnunquam ex mœrore nasci, cum homo eos ulcisci querit qui sibi mœrorem attulerunt, aut cum mœroris causas a se repellere conatur. Cæterum, inquit, ad satisfaciendum nonnihil dolori meo, eumque vel in aliquo mitigandum, post sessionem mihi ipsi molestus, ut solet evenire iis qui graviter torquentur, « consurgens in turba clamabam, » id est, inter circumstantes me homines miseriam meam

lamentabiliter ejulabam, et explicabam dolorem meum, si forte, ut fieri solet, ex hoc aliqua mihi posset provenire consolatio. Sed quid? perparum a proximis inveni consolationis; unde subdit:

29. FRATER PUI DRACONUM ET SOCIUS STRUTHIONUM, Vers. 29.

— q. d. Conives et cognati mei crudeles sese mihi exhibuerunt ad similitudinem draconum, non solum non consolantes vel alleviantes meum dolorem, verum etiam suis venenosis sibilis, id est maledicis detractionibus et conviciis, me vulnera aggravantes; quibus tamen ego nunquam aliorum quam fratrem me exhiberi, omnem illis ostendens familiaritatem et charitatem. Socii quoque mei, cum quibus ego non aliter quam amice et socialiter convixeram, facti sunt erga me crudeles et immisericordes quasi struthiones, quibus non sunt viscera misericordie, et qui vix propriorum foetum miserentur: dicuntur enim struthiones ova sua passim in visis aut arena a quovis eo accedente proculcanda diripiendave deserere: sic nimirum etiam socii ac sodales, qui Jobum fovere ac solari in tantis doloribus debuisset, cum dereliquerunt. Alii ideo censent Jobum se draconum ac struthionum fratrem appellasse, quod ea animantia tristes voces edant, quales Jobus, immenso malorum pondere degravatus, promebat. Inter dracones porro et struthiones habitare Job dicitur, quia eorum societatem cogebatur ferre, qui instar draconum varii, versipellis, subdoli et vafri sunt; tum etiam qui ore venena vomunt, et dicitaria scommataque quasi e plastro jaclantur, tabe obvios quosque aspergunt; tum etiam stolidi sunt, et capite cœsi: et tamen tot iniquis hominibus undequaque septus, nunquam eorum ingenium mœrove hausit, impietatem ehibit, aut vitium imbibit. S. Hieronymus exponens ista verba socius struthionum ait: « Fatuus factus sum et insipiens sicut struthio avis stultissima, » q. d. Ne arbitremini me sapientiam ostentare, cum argutias vestras callidas et multosias eludo; cum multa taceo, et plura dissimulo, fatuus factus sum et insipiens apud vos; at re ipsa magis sapiens, nam hæc affectata ignorantia disertæ sapientia est, et qui sic magis desipit sapit magis: porro sensum hujus loci tropologicum vide apud S. Gregorium lib. XX Moral. cap. xxx, qui per *deanos* vult designari multosios, per *struthiones* vero simulatores et hypocritas.

30. CUTIS MEA DENIGRATA EST SUPER ME, ET OSSA MEA ARUERUNT PRÆ CALUMNIÆ. — Vi morborum et ærumnarum et maximo mœrore non tantum faciem et carnes extenuatas, sed etiam ipsas ossium medullas absumptas esse significat: simili sensu David *Psal. xci*, 11 ait ossa sua sicut cremum aruisse. Sane illud notum est *Prov. xvii*, 22: « Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis siccatur ossa: » mœror enim vitalem calorem absumit, et nutritionem partium minuens paulatim tabem inducit: idcirco Plato in *Cratyl.* censet ex Chryssippi et Socratis sententia *ἄνθρωπον, molestiam*

Jobi
animi,
quasi
deus
dictam,
hoc est
totius
corporis
dissolutio-
nem.

animi, quasi *deus* dictam, hoc est totius corporis dissolutioem. Tropologicæ S. Gregorius lib. XX Moral. cap. xxx hunc versum exponens, hoc perfectis esse omnibus commune prodit, ut dum infirmi caelestium obliiti atque sui ad vitiositatem et scelus prosiliunt, ipsi magno sint in mœrore, atque infimo igne cruciuntur: Dei enim zelo uruntur et liquefiunt anime sanctæ, et velut in equuleo distenduntur, cum perire illos vident et divinis bonis spoliari, quos Deus evangelii lumine colustrat, et amantissime invitât ad sempiternam felicitatem; et libenter quidvis patiantur, ne miser in calamitosissimam pestem et salutis perniciem corruerent. Cum Deus Noe diceret homini innocentissimo, et in quem oculos benevolentiae suæ conjecerat *Gen. vi*, 13: « Ego disperdam eos cum terra, » S. Chrysostomus ait illum perditum mundum instaurarorem, tametsi virtutum omnium presidio septum, exhorruisse tamen in formidabili Numinis oraculo, et prope immenso animi dolore illud audivisse: justi enim, quos zelus et divini honoris amor salutisque mortalium inflammat, pro aliorum, inquit, salute ferre quælibet eligerent, et mirum quantum solliciti sunt. Et certe apostoli docti a Christo, et qui deinde eorum vitam et pietatem secuti sunt, tum dictis suis tum facinoribus ostenderunt, hujus zeli proprium esse devorari, et comedi, et tabescere, et irasci, dolere, exanimari: vide quæ in *Expos. Patr. Græc. in Psalm. ad Psalm. lxxviii*, 10 notavimus.

Vers. 31.

31. VERSA EST IN LUCTUM CITHARA MEA, ET ORGANUM MEUM IN VOCEM FLENTIUM. — Proverbialis est sententia, quæ magna significatur rerum conver-

sio; an autem Jobus usus fuerit cithara et organo sicut David, vel domi habuerit symphonicos pueros, quorum numero cantico laxaret animum, et ad caelestium rerum contemplationem excitaret spiritum, incertum est. Hoc tamen certum, ite *cithara* et *organum* felicem significari fortunam et hilarem animum; in voce autem *fletum* et lugubrisono infelicem, et ærumnosam sortem, et anxium animum, et mœrore contractum: quare captivi Babylonii cum nihil sibi in alieno solo juvandum promitterent, mœrentes animis ac diffidentes lacrymis *Psal. cxxxvi*, 2, ad Babylonica fluenta in salicibus organa sua suspendunt. Id quod ad custodiam castitatis referens Methodius in *Organo*, inquit, vocant habitacula sua, quæ suspenduntur a funibus castitatis, ut tancant laquearia, ne rursum abjecta in intemperantiae lacu volentur: hæc enim castorum princeps cura est et continuum opus, sese a terra disjungere, attollere mentem et cogitationem in cœlum, beato suspensio esse elevatos, nec permittere ut animus et ipsa membra, quæ organa sunt Spiritus Sancti, illa contagione polluantur; in *salicibus* autem suspenduntur, cum omnem speciem inhonesti motus refugiant, coercent corporis sensus, et nimiam eorum libertatem comprimunt: denique *flet super flumina Babylonis*, dum Sionis recordantur, et deplorant hujus vite miseriam et continuam calamitatem, in qua semper domi et foris sunt hostes omni ratione meliendi, qui insidias pudicitiae moliantur: contra quos quomodo Job sese armaverit defenderitque, audies seq. cap. vers. 4 ac seq.

Cithara
et organum
cum felicitatis
et letitiae
symbola.

Casti organa
lasciviam
suspendunt.

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Postquam Jobus suas recensuit calamitates, subdit eximiorum operum catalogum, quo evincat se non ob anteacta crimina in ærumnas incidisse: dicit autem exordium ab exactissimo ac plurimum mirabili testimonio cultu: deinde plures enarrat alias virtutes suas, quibus a puero assuevit; removens a se suspicionem scelerum quæ semper exhorruit: denique Deum ipsum citat, et innocentie suæ iudicem optat

1. Pègipi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. 2. Quam enim partem haberet in me Deus desuper, et hæreditatem Omnipotens de excelsis? 3. Numquid non perditio est iniquo, et alienatio operantibus injustitiam? 4. Nonne ipse considerat vias meas, et cunctos gressus meos dinumerat? 5. Si ambulavi in vanitate, et festinavit in dolo pes meus: 6. Appendat me in statera justa, et sciat Deus simplicitatem meam. 7. Si declinavit gressus meus de via, et si secutum est oculos meos cor meum, et si manibus meis adhæsit macula: 8. Seram, et alius comedat: et progenies mea eradicetur. 9. Si deceptum est cor meum super muliere, et si ad ostium amici mei insidiatus sum: 10. Scortum alterius sit uxor mea, et super illam incurventur alii. 11. Hoc enim nefas est, et iniquitas maxima. 12. Ignis est usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans genimina. 13. Si contempsi subire iudicium cum servo meo, et ancilla mea, cum disceptarent adver-